

**Ordinis medici lenensis decanus Iustus Christianus Loder, D. solemnem panegyricum praenobilissimi medicinae candidati Iohannis Caroli Ludovici Schoenemann ... publice habendam indicit : praemittitur commentationis de Alansonii nova amputationis methodo part. VI.**

### **Contributors**

Loder, Just Christian von, 1753-1832.  
Schoenemann, Johann Karl Ludwig, 1757-  
Royal College of Surgeons of England

### **Publication/Creation**

lenae : Litteris Maukianis, [1784]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ps443prd>

### **Provider**

Royal College of Surgeons

### **License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

22.  
ORDINIS MEDICI IENENSIS DECANVS

IYSTVS CHRISTIANVS LODER, D.

SOLEMNEM PANEGYRIN

PRAENOBILISSIMI MEDICINAE CANDIDATI

IOHANNIS CAROLI LVDOVICI  
SCHOENEMANN

PALATINI

---

A. D. XX. NOVEMBER. CIODCCLXXXIV.

PVBlice HABENDAM

INDICIT.

---

Praemittitur commentationis de ALANSONII *nova amputa-  
tionis methodo*

PART. VI.

---

J E N A E

LITTERIS MAVKIANIS.

IVSTVS CHRISTIANVS LODER D.

SOEHNEN FAMILIEN

FRANCOBULLISCHER MEDICINAR CANDIDAT

IOHANNES CAROLI RUDOVICI  
SCHOENEMANN

PALATIN

AS D. XX. NOVEMBER. CINCQUECENTI.


PUBLICE HABENDAM

INDICIT.

Tractatus de Alagone et de Alagone  
vnde dicitur


PART. II

LIBER  
LITTERA MAYNISI



**V**ulneris labia sibi inuicem iam adproximata, quatuor vel sex emplastris glutinantibus, siue per siccam, vti aiunt, futuram continentur. Non opus est futura cruenta, quippe quae irritationem infert et dolores excitat; memini tamen, ipsum Cel. POTT semel iniicere medio vulneris acum, eam ob causam, quia propter aegroti inquietudinem et indocilitatem verebatur, vt sola emplastra ad continenda vulneris labia sufficerent. Haec emplastra pollicis circiter latitudine et sex vel septem pollicum longitudine esse possunt, atque ab inferiori cruris superficie, cui bene adprimuntur, ad superiorem ita ducuntur, vt vulneris labia sibi inuicem adducant, et rimam illam transuersalem, quam paullo ante indicauimus, formare videantur.

Emplastris superimponitur puluillus ex molli stupa aut ex linteo carpto paratus, et cerato aut alio eius generis vnguento eum in finem illinitus, vt nulla inde irritatio oriatur. Ipse puluillus sustinetur fasciis duabus trium digitorum latitudinis, cruciatim ipsi impositis, atque ab inferiori




cruris superficie ad superiorem, et ab altero latere ad alterum decurrentibus, ac spirali illa fasciâ firmatis, quam toti femori circumuoluendam esse supra diximus. Totus denique hic deligationis adparatus mitra vulgari dormitoria ex molli lana confecta obtegitur, ac eadem fasciâ circulari, qua totum femur inuolutum erat, firmatur.

Hoc deligationis adparatu vtuntur Chirurghi Londinenses, inprimis qui nosocomio Sti. Bartholomaei praesunt; ipse vero ALANSONIUS fascias cruciatas puluillo superimpositas non firmat fasciâ illâ circulari aut potius spirali, qua femur inuoluitur, sed fasciâ octodecim capitum, nec vtitur mitra illâ ad obtegendum totum deligationis adparatum, suamque deligationem ea ex causâ praefert, vt puluillum quouis tempore auferre et vulnus examinare possit, sine cruris eleuatione et aegroti commotione, id quod res magni momenti est.

Tum vero aegrotus in lecto collocatur, ita, vt non supinum sed potius lateralem situm teneat, et vt paullo inflexum sit femur, eodem fere modo, quo in fracturis ossium esse solet. \*) Femur puluinaris substrati ope modice eleuatur, vt omnes muscoli in statum relaxationis redigantur, nec vlli vehementius sese retrahant.

Sed subsistendum est in his et commendandus doctissimus Medicinae Candidatus

\*) *POTT's works* Vol. I. on fractures and dislocations, pag. 422.



## IOH. CAROL. LUDOVIC. SCHOENEMANN


PALATINUS

qui per totum tempus, quo apud nos degit, singulari studio arti salutari operam dedit, seque morum integritate egregie commendavit. En laudabilem vitae illius rationem hisce verbis ab ipso expressam!

**E**go, inquit, IOANNES CAROLVS LVDOVICVS SCHOENEMANN, primam huius universi lucem aspexi Greovillae MDCCLVII Nonis Decembr. Patrem habui IOANNEM FRIDERICVM SCHOENEMANN, Celssissimi Comitum Palatini Rheni Inspectorem rei oeconomicae, matrem vero AMALIAM MARIAM ex stirpe SLEVOGTIANA. Uterque parens paucos abhinc annos ad Coelites vocati omnem navarunt operam, ut principiis religionis christianae, iisque, quarum aetas puerilis capax est, disciplinis rite imbueret. Anno vero MDCCCLXX nobilissimum Paedagogium, quod Grünstadii floret, frequentare coepi, atque ibidem per VI annos prima eruditionis elementa didici, ita ut non solum initia solidiorum, sed et humaniorum litterarum a Praeceptoribus optime de me meritis acciperem.

Alma patria relicta, Argentoratum me contuli, et anno MDCCLXXVII a Celeberrimo TREITTLINGERO, Rectore tunc temporis Magnifico, in numerum studiosorum receptus sum.


Cel. SCHEVRERVS optime me docuit Physicam, b. PFEFFINGER vero Osteologiam et Pathologiam. Lectionibus chemicis et botanicis Ill. SPIELMANNI haud dudum morte nobis erepti, interfui. Cel.



LOBSTEIN Anatomem me docuit, atque Illius administrationibus anatomicis et operationibus chirurgicis adfui. Grata quoque agnosco mente solidissimam et fidelissimam instructionem Exc. et Exp. EHRMANNI, Fautoris et Praeceptoris ad cineres usque venerandi, quam mihi in Therapia et generali et speciali, nec non in Medicina forensi impertit. Exp. Doctores, CORVINVS et DIEBOLD me docuerunt Physiologiam, Materiam medicam, Botanicam, et Artem concinandi formulas medicamentorum. Nec omittere silentio possum, dexterrimos Chirurgos, nimirum cl. ISENGARTH, cuius lectionibus in theoreticam Chirurgiam et collegio examinatorio utiliter interfui, et Cl. ZINCK, virum intima amicitia mihi iunctum, qui me docuit Chirurgiam practicam. Maximam quoque hausi utilitatem in Xenodochiis, ut militari et civili, ubi ab artis peritissimis Magistris operationes chirurgicas didici.

Tandem universitatem Argentoratensem Anno MDCCLXXXII, cum celeberrima hac Musarum sede commutavi, et ab Ill. et Exc. NICOLAI, Gratosae Facultatis medicae Seniore, tunc temporis fasces Academiae tenente, civibus academicis Ienensibus adscriptus sum. Ill. huius viri, quem praecipuum Fautorem veneror, praelectiones physiologicas maximo cum usu frequentavi.

Ill. et Exc. GRVNERVM, Fautorem ac Patronum ad cineres usque venerandum, Semioticam, Therapiam specialem, Artem formulas medicas conscribendi, Medicinam legalem et CELSI libros explicantem, summa cum voluptate et utilitate audiui. Exc. STRARKE Therapiam generalem, Doctrinam de morbis neonatorum atque mulierum et Artem obstetriciam theoretico-practicam mihi explicavit mihiq. permisit, ut aegrotorum lectos per duos annos adirem nec non ex illius exercitationibus



nibus disputatoriis atque CELSI interpretationibus fructum caperem.  
Denique Excell. FUCHSII lectionibus publicis in Chymiam experimenta-  
lem et HIPPOCRATIS Aphorismos adfui.


Omnibus hisce Praeceptoribus maximas, quas possum, gratias ago ha-  
beoque, atque eorum in me merita semper mente venerabor gratissima.

Meis quoque sedulus adfuit lectionibus chirurgicis,  
atque illis, in quibus morbos dentium explicui. Adfuit  
quoque in theatro anatomico, cum operationes chirurgicas  
in cadaueribus instituerem, meque duce praxin obstetriciam  
in Nosocomio obstetricio exercuit.

Denique vero, cum decenter ab Ordine nostro pete-  
ret, ut gradum Doctoris in utraque Medicina obtineret,  
ad examen consuetum admissus est. In hoc autem ad quae-  
stiones ipsi propositas non solum bene respondit, sed et  
tantam eruditionis copiam nobis patefecit, ut unanimi Or-  
dinis nostri suffragio exciperetur.

Superest, ut die  $\overline{xx}$  Novembris Cathedram conscen-  
dat, ex eaque Dissertationem suam inauguralem de Onania,  
peste iuventutis longe perniciosissima, Praeside Ill. et Exc. GRVNE-  
IRO, Collega nostro coniunctissimo, defendat, quo facto sum-  
mis, quibus omnino dignus est, honoribus medicis ornabitur.

Cui solemni actui, ut MAGNIFICVS ACADEMIAE  
PRO-RECTOR, S. R. I. COMES ILLVSTRISSIMVS,  
PA-



PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI, DIVINAE HUMANAEQUE SAPIENTIAE PROFESSORES AC DOCTORES CELEBERRIMI, VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES GRAVISSIMI, COMMILITONES GENEROSSIMI AC PRAENOBILISSIMI CETERIQUE BONARVM LITTERARVM FAVTORES beneuole adsint, Ordinis mei verbis, ea, qua decet, obseruantia rogo. P. P. sub Sigillo Ordinis Medici, Ienae, a. d. xviii Nouembris MDCCCLXXXIV.





TIGHT  
GUTTERS.

24colorCard Camera Camera.com